

13

D. PATRITIUS HIBERNIÆ APOSTOLUS SPLENDOR & GLORIA IN FULGORE CRYSTALLI Hibernis nivibus innasci solitæ Adumbratus,


In Basilica MARIÆ Matris sine Labe
Conceptæ RR. PP. Hibernorum Strictioris Observantiæ
Anniversaria die Panegyrico sermone pro rostris dilaudatus

A

REVERENDO ac DOCTISSIMO PATRE
FRANCISCO KOLBE,

AA. LL. & Philosophiæ Doctore, in Alma Cæsarea, Re-
giisque Universitate Carolo-Ferdinandeæ Pragensi Sacrae linguae Pro-
fessore, Regio Publico & Ordinario.

ANNO M. DCCX, Die Decimæ Septimæ Martij,



VTERO-PRAGÆ, Typis Barbaræ Franciscæ Beringerin,
per Ludovicum Cajo.



HONORI
AC
VENERATIONI
ILLUSTRISSIMI
DOMINI, DOMINI
FERDINANDI
ERNESTI
Sacri Romani Imperij
COMITIS
AB
HERBERSTEIN

Liberi Baronis de Neüberg, & Guttenhaag
DOMINI in Krembs, & Lankovvitz, Hæreditarij Camerarij,
& Dapiferi Carinthia,

Sac: Cæf: Regiæque Majestatis

CAMERARIJ

Regiarum Appellationum in Castro Pragensi

CONSILIARIJ

DOMINI, ac PATRONI GRATIOSISSIMI.



ILLUSTRISSIME

DOMINE, DOMINE

G O M E S

PATRONE GRATIOSISSIME.



Olatilis pagella, Divum
Hiberniae Apostolum PATRI-
TIUM in fulgore crystalli ex-
pingens, ad TE hodie provo-
lat COMES ILLUSTRISI-
ME, in Illustrissimo TUO gre-
mio

mio gratiarum thalamum repertura. Nitet illa
candore styli crystallino, quia sine fastu, sine astu,
planissimō argumentō in præconia mysticæ suæ
crystalli excurrit. Quòd si tamen pellucidum in
suo themate opusculum, lucis fulgetris inconcin-
na in jacula aculeatis, literati Orbis oculum aut
percelleret, aut obscurioris eloquentiæ fucō, lucis
auidam sapientum mentem proritaret, ad Nobis
lissimam TUAM providè recurrit MAGNITU-
DINEM, ad ILLUSTRISSIMAM CLARITA-
TEM, à Magnitudine, luminis temperamentum
umbram, à Claritate, lucis auctarium splendorem
emendicans. Habent hoc cristallo incrustatæ
rupes, & umbram explicant, & fulgur jaculantur.
Illam imperviæ molis fastigiō, istud imbibitis in
cristallo Phæbeis radijs divaricant. Adoram: s
Montem Patriæ crystallinum in TE COMES IL-
LUSTRISSIME umbram & lucem dispergentem:
Illâ Patriam oculis, dum infelictum casuum pro-
cellæ sagacibus oculis eandem insequuntur: istâ
Regnum illustras, si forte beatæ tranquillitatis
sudum intempesta nubium nox obnuberet. Mi-
retur Mundi Miraculum Roma Augusti (a) Cæ-
sar's oculos, noctilucum crystalli jubar inconni-
vis palpebris evibrantes: in TE Tripolis, Re-
gnum

(a) Sueton.
in Augusto.

gnūm , Imperium , mentis oculum consumma-
tæ sapientiæ fulgore illustrem profundo cum ho-
magio admiratur. Thesis est Theologicis agita-
ta in lycæis : an virtutes affinitatis vinculo inter
se connectantur ? TU vivo arguento veritas
tem elucibras , roboras exemplō , quod illa sty-
lō tuentur. Quin imò cum fœnore accumu-
las quæstionem , & Scientiarum omnium luce
circumfusus , novo prælio ingeniorum commi-
sces aciem : an non etiam scientiæ concatenen-
tur ? Tanta effulgescit in TE sapientiæ lux ,
Tanta lucis magnitudo ! Ad tantam proinde ma-
gnitudinem tantilla pagella , ad tantum lumen
obscura lucubratio nobiscum advoicitur : acci-
pe adreptantem. Immensi ponderis crystallum
Indigeti suo Jovi (b) in anathema pendi gratu-
labundum quondam suspexit Capitolium. Da-
mnamus gentilismum. Quòd si tamen Jupiter
à juvando cognominatus , nominis elatebratio-
ne (c) Juvans Pater interpretatur , terrestrem (c) Calepin
Jovem citra superstitionem in TE COMES IL-
LUSTRISSIME adoramus. Familiam nostram
Seraphicam juvas auxilio , amore foves Paterno.
TIBI proinde Jovi humanato crystallum in victi-
mam

(b) Plin.
nat. hist.
lib. 38.

Calepin

mam consecramus , & munus ex tholo appendi-
mus. Eo illam admitte benevolus vultu , quo
Numina adgeniculantes , madentibus super ara
hostijs , Aruspices arridere finguntur. Et mul-
tum diuque sospes supèris ac Cæsari perenna.

Illustrissimi Domini

COMITIS

Ita vovent

Humillimi Clientes.

RR. PP. Hiberni Ord. S. P. FRANCISCI
Strictioris Observantie.



ORATIO.



Quos inter avata Arabiæ juga , auri
facra sames , divulsi montium costis ,
scrutatur thesauros , eos ego hodie inter
glaciata alpium , Riphæorūmque mon-
tium ossa curiosius rimabor , & pro au-
rato Phryxi vellere . Tagi , aut Paetoli
alveis diluto , fulgidissimam Hiberni
fri-
goris fil iam , inter nives indagabo cry-
stallum . Congruit egelidum isthoc nego-
tium ex succo Oratori , ad glaciates staguantis Suadæ torrentes tre-
mebundo . Fluunt alijs , & refluunt , non diffiteor , densis argu-
mentorum fluctibus graves , facundi Ciceronis amnes , Mihi Bal-
thicis corrugata sulcis eloquentiæ flumina , Arctoa incrustat barba-
ries . Pudet Septemtrionale spirare gelu vixdum lapsø hodiernæ
Solemnitatis meridie , & florum depopulatricem brumam pro ro-
stu is jaclare , florentissimo utrinque Auditore stipatis . Sed cum-
primis vestræ me miseret sinistræ sortis Religiosissimi Seraphici Pa-
tres , vos equidem pro vestro erga Divinum PATRITIUM affectus
intensissimi astu , talem nullus dubito , ex Areopago optabatis De-
mosthenem , qui eloquentiæ cœstro succensus , coactis in igneum
essendum periodis , redivivum Hiberniæ Eliam PATRITIUM , pro-
digiosa

A

digiosa apoteosi cœlo invehetur, verum spes vestra pro virore intulit hiemem, quod optastis, non exceptastis. Optastis ignea te la è præservidis Tullij perorantis præcordijs eruenda, Sed Riphæam reportatis hiemem lethale gelu inter tusse præsagientem. Inter D. Ignatij discipulos ardenter Patriarchæ sui incendio quærebatis Encomiasten, verum frigidum reperiisti Gelasium, qui nomen hoc Pontificijs etiam clarum tiaris, boreali panegyrici emortui gelu de honestaret. Quid multis? D. PATRITIUM Divinæ zelô gloriæ æstuante Apóstolum glaciatis erutâ tumulis adumbabo in crystallo, & Mysticum Hiberniæ solem, serenorem Britanniæ Phæbam strucâ super nives celebrabo panegyri. Quam metuo, nè subsistam, quod ajunt, sicut nix in sole. Stat nunc sol, flammus ille firmamenti Princeps, auteo torque redimitus, in signo arietis, & radijs in cornu acuminatis sparsa super terram nivum vellera everrit; quam vereor, nè niveæ innixam basi dictionis meæ fabricam, pari insultu arietet, & subvertat. Sed sero cum Phrygibus palinodiam cano. Loricatas nivibus rupes intravi, univalibus me implexus rimis, à capto dictionis præproperæ themate desistere nequaquam par est, Hannibal is induo ausus, & quas temerario tentavi vestigio Alpinas prope modum nives, cum laudato illo Punici Martis Heroe (a) transcendere non abnuam. Nix autumni senescentis post huma canities, veris nequidum adulti lanugo (b) nube matre, & gelu Patre, Phæbo eminus obstetricante generatur. Iuamena soboles, non nisi matris plorantis depluo rore, & patris Boreales in furiis acti indignatione, vitalem finē calore nanciscitur lucem. Hac tamen commendabilis est secunditatis laude, quod altissimorum montium instrata verticibus, post explosos pluribus annis æstivos soles, prius quidem glaciatam concrescat in crustam, tandem in adamantinam indurescat crystallum. Crystallum auditis AA.? & jam Diuum Hiberniæ Apóstolum, septentrionalium Insularum Gloriam, Britannia splendorē in crystallo emicantem observeate. Crystallus fulgidus Alpium thesaurus, Riphæorum montium pretiosa hiems, pellucidum hibernæ terræ argentum, stillantium nivium stella, sidus gembantis glaciei, nunquam condignis celebrari sustinet præconijs. Nitet illa

(a) Livius

(b) Plinius
nat. hist. lib.
38.

illa in thronis , fulget in regijs , lucet in fanis , splendet in odæis , radiat in colossis , fulgurat in aris , in ipso lucis omnigenæ emporio cœlo , insolenti gloriae splendore exuberat . Apocalypticum testor oculum , qui ecsta icā propheticæ luminis acie , ad intima superiarum domum adyta expperitus , convexam illam in splendoribus Sanctorum machinam , crystallino stratam intuitus est fundamento . (c) Lumen ejus simile lapidi pretioso tanquam lapidi Jaspidis ,
ficut crystallum . Ergo exultate Religiosissimi PP. Hiberni , Patres genere PATRITIJ , quia à PATRITIO Majorum vestrorum successione in fide geniti , Exultate ! Vestrum Divum fidei propagatione Patriarcham , in crystallino hodie adumbraturus fulgore , ad astra usque crystallina eferam sublimem ; & longè æquiore suffragio , quam suum ecloga Daphnidem , oda Meccenatem , odyssea Ulyssem , Perseis Achillem , fulgidissimum hoc Præsulum fidus rutilantibus firmamenti ignibus implantabo . Nè verò in pellucido hoc , fulgidoque argumento , D. PATRITIJ in crystallo effulgantis , styli obscuritate halluciner , hilarem à vobis AA. imploro , frontis in charites explicata serenitatem .

Ascendo nunc animi magis designatione , quam gressus laboriosi conatu Hiberno incanescentes vellere rupes , & inter glaciatas frigoris annos sedes , symbolicam D. PATRITIO iadago crystallum . non possum hic non ex animi approbare sententia providissimam sagacis naturæ Oeconomiam , quæ quidquid humanæ pretiosum æstimatur bilance , inter exules à luce diurna montium officinas ematurat . Quidquid æstimari noscitur , in latebris petrarum nascitur . Dignissima lucis publicæ cimelia in tenebrarum autri natalem lucem aspiciunt . Obryzus ille metallorum Phæbus , foliis , lucisque filius , ab aurora aurum (d) cognominatus , non nisi inter profundas rupium noctes exoritur . Gemmæ , thesauri , & illustria quæcunque glebæ nobilioris sidera , in parvis Regum annulis minutis soles ; inter infames diei exilio latomias ad maturitatem excoquuntur . Ibi ardet carbunculus , vernat smaragdus , ludit Jaspis , diluculat adamas , erubescit sardius , livescit Sapphirus , & omnis pretiosorum nominum claritudo , subterraneum in spelæis accedit firmamentum . Quid pluribus ? in ossibus petrarum in

(c) Apoc. 21.
v. II.

(d) Calepin.

vitiarum latent medullæ , & pecuniam aer vum belli indè fortè dixit polemica , quòd è venis montium metalli filia eruderetur . Quidquid ad alta natum est , ad illustrandas Victorum curules , Regum solia , Principum diademata , in saxeis adolescit incunabulis , ibi gignit natura partus ad honorum fastigia provehendos . Iplum Jovem (quis credit ?) Deorum regimini natum , (e) Cretensibus fabulosa antiquitas educavit in saxis , & urbem orbis , Urbium caput , Roman (f) Palatini , Aventinique montis costa nascentem excepere . Eadem Cloria D. PATRITIJ . (g) Ad alta natus terrestres Britanniæ gigantes , montes , quos præterfluens in pede oceanus lingit , nascendo illustravit . Natus ad pedum Pontificale , capita montium primis in cunis calcavit . In lucem publicam Hiberniæ , & Orbi editus , in natalium sedem elegit excelsa montium cumina , quæ Phæbus manè nascens prima cohustrare , vesperi nocti tante oculo extrema consvevit suspicere . Felici prodivit Lucinâ ad lucem . Orthodoxæ ad Septentrionem Ecclesiæ futurus petra , culminum natalium privilegiò compensavit , quod Apostolici Primicerius Collegij nominis maiestate circumtulit . Crystallum imitatus est , in fastigijs montium illustrem naestus horoscopum . Hæc est enim crystalli nobilissima in nascendo fors , quòd communum reliquis gemmis fato inter præruptas saxonum crepidines natalitium thalamum sortiatur . Nascitur in montibus ocellus montium , quo evecti illi supra vulgarem planitiem regionum Enceladi , polum inter ac solum medijs , cœlum aspiciunt , terram despiciunt . Fulgidissimi hujus montium oculi illustria ingressus vestigia D. PATRITIUS , inter excelsos Angliæ Caucasos Angelus caro factus apparuit . Nemo casui tribuat hanc natalis domiciliij sublimitatem : non erat casus , mox primo ad vitam ingressu in altis consistere . Divinæ Providentiae erat Sacmentum , ut excelsa mens monti innaceretur , & sublimes sedis gentilitiæ apices fastigium augurarentur Sanctitatis , agillimis passibus , volantis per virtutum scalam PATRITIJ concendentum . Sit virtus in arduo Philosopho , non infior ; sed testudineis animabus , quæ ad ima natæ , in vallibus abjectæ ad infimos ausus licentiæ proreptant . Ad alta nati sanctorum mentium genij , in prærupto virtutum ascensi-

tersis

(e) Virgil.

Aeneid. 3.

(f) Liv. dec.

I. l. 1.

(g) Iocelinus
in vita.

terfissimum legunt iter, amanissimo cespitum smaragdo constra-
tum. Ad sublimia dum volunt, volant. Hæc erat Celsissimi al-
tissima indoles PATRITIJ, hoc sublime etiam in pusilla ætate
virilis animi robur, non, ut ariadnæo filo per obvios Sancti-
moniæ tramites latus duceretur, sed ut per excentricos illu-
strium facinorum sinus, præpete remigio properaret. Quod

(b) Julio Cæsari ab ineuntis vitæ primordio indignum vi-
debatur. Martis, militiæque adnisi non eminere ad laureas, hoc

(b) Sveton in
Julio.

PATRITIUS in palæstra virtutis rebatur improbum, probitatis
conatu non assurgere ad animæ regnum, ad sui triumphum. Cry-
stallinus virtutum fulgor in fronte adhucdum Adolescentis emica-
bat. Quod si crystallo coæva dos est, etiam in adamante æstiman-
da, generoso ingenio duris non mollescere, sed obstinari; ridere
voracem temporis ingluviem, & æternitati nasci. Quanta non
etiam in Juvene vernabat æternitæ virtutis seges? nihil vitreum,
nihil fragile admisit unquam, omnia gessit æviternis dignissima fa-
stis, crystallo & adamanti incælanda. Jaet Appelles suum il-
lud, posthumis adeò celebratum elogis leinna: *æternitati pingo.*
PATRITIUS etiamnum inter ephebos conversans, æternitati orat,
tacet, flebit, jejunat, suspirat, vivit, ardet, lucet, fulgurat, pro-
digia facit. Et more crystalli congelatis è crustis in splendorem
emergentis, à glacie aulicatur miraculorum fulgorem. Alte-
ratæ elementorum indole, glaciatis stiris in domo paterna (i) (i) In vita.
succedit focum, rudimenta miraculorum divinæ virtutis Tiro à
primis elementis exorsus. Ipse verò, qui Hiberno frigore lares
portentosè iguebat paternos, amoris superni flammâ longè in-
tensius intimis in fibris urebatur.

Problema resolvit (k) Plinius pennâ, & (l) Diodori stylo dis- (k) Plin. nat.
ceptatum: an frigoris, an caloris vehementiæ crystallus in gem- hist. lib. 38.
mam maturescat? Accensa in corde PATRITIJ amoris flamma (l) Diod.
controversiam Illustravit, crystallum illustrem calentis radij par- lib. 2.
tum asseruit, problema convertit in lemma illustri partui subscri-
bendum: *calore nitescit.* Tripudia hic nobilissima Europæ Insu-
la Hibernia! astuans in PATRITIO Adolescentiæ divinus calor
Ætnæos portendit flammarum imbres, virulentum è penatibus
tuis

uis hæresum, superstitionis que gelu, post non frequentes arista
exterminaturos, & humanata in Juvene Angelico crystallus Sancti.
tatis præfigit lumen, collactaneos ad papillas tuas cives subinde
irradiaturum. Sed enim quæ hæc rerum insperata facies? vixdum
ego ex flore omnior fruges, ex fonte Nilium, ex flamma Ætnam
ex aurora meridiem, ex splendore lucis imbræ. obscuris persona-
ta mea crystallus noctibus insepulta, propemodum contumulatur.
Britannæ ocellus, Parentum fulgor & pupilla, natali exul pariete,
bipedum harpyiarum conditæ manu ex Patria in Hiberniam (m)ab-
ripitur, juventæ gloria infimæ sabellici gregis præfecturæ addicitur,
& virtutum nitor immundo grunnientium animantium vulgo
castos destinatur. Quid agitis crystallina olympi sidera? crystal-
lum jubari vestro gemellam cœnosæ misceri sustinetis turmæ? mar-
garitam projici ante porcos? Sanctum famosiss Anglia canibus
ereptum limosos fulgere inter verres? Quæ hæc ex sublimibus
Britannæ jugis ad turbidas adipis saginas crystalli devolutio? Non
capiro Altissimi Numinis, PATRITIUM ad summa destinantis,
mæandricos ductus, ductuum labyrinthos. Abyssum tento nullâ
bolide indagandam. Verum si modesto intuitu in DEI providen-
tis adyta admirabundum tantisper desigam oculum, animad-
verto AA. his necessariò ambagibus periclitandam fuisse germa-
nam crystalli in PATRITIO indolem. Crystallus serena lucis
filia coætaneis in nivibus educatur; PATRITIUS pastoritiâ arma-
tus arundine, astatis, hiemisque absorbit rigores, multa tulit,
fecitque puer, sudavit & alsit. Crystallus turbidis immersa pa-
lidibus non contrahit spleendoris labem, faculeato adorantium
aquarum contagio, nobilitatis ingenitæ memor, etiam in cœno
pellucidam cæli præfert claritatem, solo sole pervii nævis
omnibus diaphanum obstruit lumen. Idem erat fulgor PATRITI:
ad volutabra stans quadrupedis familiæ, è sorde qibil inquinatum
traxit. Gemebant pecudum grunnitus, in Illo crystallina gé-
mimbat puritas. Elogium, quod de virtute Romana equatiavit

(n) Cicer de
amicitia.

facudia: (n) quod virtus in tempestate quieta est, lucet in tenebris,
& pulsâ loco, manet tamen, atque hæret in patria, splendetque per se
semper, neque alienis nunquam sordibus obsoletum, elogium hoc
succin-

Succinctus PATRITIUS est Panegyricus, inter pecus palustre illustre
innocentia fulgur jaculantis. (o) fertur crystallus, immortalis imago (o) Plin. lib.
magis vita, nescia corruptionis esse natura, voraces etiam Vulcani 37. hist. nat.
esurientis flamas, nativo confusa frigore exsibilat. Hic typus In-
carnati Nostrii Angeli, Angelica crystalli. Cyprijs tædis, quib, pronu
est nivea fragilis juventa in cænum eliquari innocentiam, innocentia
nunquam arsit. Illibatae vita nives in fusio apud illū adolescentia
fervore albicabant. Erat ille inter illicitos ignes indurata in splen-
dorem glacies, sed sine lubrico. Mente carnéque mundus, ad
mundi immundi illecebras frigebat, & ardebat: frigebat metu,
ardebat ira, miror sane iterum oculatum cæteroquin in res huma-
nas cælum hinc adeo indormire, ut tantum innocentis exempli ju-
bar tam tetro labellicorum negotio ferat distineri. Sed rursus al-
tiimum Sapientissimi Numinis adverto Sacramentum. Agit
quandoque Supremus Regum Rex, quod minores mundi Reguli,
giganteo passu lucis inaccessa sol parva minorum siderum calcat
vestigia. Terra Principes animum relevatur ex litore nonnun-
quam pretiosa ad ima maris jactant monilia, ut peritos pavimenta
Neptuni calcare, ambulones in lucrosum allificant periculum. Ea-
dem Optimi Numinis in Sanctorum ordinando progressu est me-
thodus. Ludens in orbe terrarum DEUS immergit infimis ad
summa natos, alienâ deinde manu ex gurgite eruendos. Latebat
PATRITIUS, & lucebat in angulis Hiberniae fulgida gemma, &
ecce! luce beatâ plenissimi Spiritus, mentes DEO pellucidae, per-
spicuae soli Divino crystalli, alterno remigio ad juvenem (p) de- (p) Invita.
labebantur. Dissavviabant Angeli innocentem Anglum, & per-
via illæ radijs Altissimi naturæ, pretiosi immortalitatis adamantes,
amabant, similitudine amorum matre, germanam sibi in
PATRITIO crystallum. O felix, qui sic latebat in angulis, pate-
bat Angelis! iam tunc PATRITIUS in angulis hospitans in Christi
formabatur e Typon, in angularem quadrabatur lapidem, Divinae
fidei basilicam Atlantico labore in florentissima regione Hiberniae
succolaturus! Indignati vero mansuetissimi Cælites crystalli
sue acutissimæ indignas in latebris umbras, Adolescentem vincu-
lis obscuræ servitutis emancipatum, in libertatis ybar (r) asse-
ruere.

(r) *Ibidem.* ruere. O ! que nova non reseratur tripludij scena, quis uberrimus laudis centuplicandæ campus non apricatur ! PATRITIUS ex compedibus Hibernæ ad Coronata Galliæ lilia militæ cælestis strategemate provolat, crystallus ad flores, candor rigens ad candorem virentem , innocentia Hiberna ad vernam. Stupete metamorphosim AA. Qui nuper palustri viore gregis immundi pascet aruinam , jam ipse mystico sapientiæ lacte , Musarum cælestium Conviva pascitur ; & qui Despotæ Milchioni nuper ancillabatur à pedibus , jam Insulatis Franciæ Capitibus , (s) Divo Martino Turonenfi , & Germano Autisiodorensi Antifititi servit à manu , fluentes ab ore Pontificum Salomonum mysticæ sapientiæ gnomas , industria pennæ in tabulas coacervat. Crystalli cærea hæc indoles est , ut in lucis apricum projecta , descendentes è cælo siderum radios amænâ occupatione insugat. Pellucidum est Reginæ lucis palatiū , nullâ densivaporis remorâ obseratum. Non sic aquæ stilla viscolo spongiæ thalamo sese insinuat , sicut suam curiosi radij permeant crystallum , Transfigunt sinè vulnere gemmam congelatam. Par erat felicissimus PATRITIJ genius , par ingenium. Illustrum Cleri Gallicani Siderum , Martini & Germani , diffusam sapientiæ lucem avidissimè sorbebat. Scientiarum lumen alibi peregrinum , in ipso patrium hospitatatur. Non instillabantur illi eruditiorum disciplinæ , sed aperto torrente influebant. Quasque alij literaturæ divitias magno industriæ impedio consarcinant , ille felici compendio Sancto in otio corrogavit. Mirata est non difiteor Chrysippi ingenium antiquitas , profunda scientiarum adyta nullo studio penetrantis : mirata est insignem Miltiadis memorandi vim , legeatis multa , omnia reminiscentis ; fastidivisset , opinor , ista jaætantia nomina ætas vetusta , si in PATRITIJ ætatem rejuvenascens descendisset. Quod crystallo in more est , ut Phæbo ex posita , in iænu oculi decisæ lucis filamentis crinita radiet , hoc erat PATRITIO à docentis Magistri defendere ore ; attendere , erat illi sapientiam intendere , apprehendere erat comprehendere. Porro fulgidissima ipsius sapientiæ lux , non è Theocriti commentis , Plauti interludijs , Valerij Salibus , Chærili facetijs , Propertij flammis , Catulli Scintillis , Epicarmi sophismatis , aut mendaci facata eloquentie

quentiæ scatebrâ manabat , sed sapientiæ divinæ , altissimæ contemplationis , mysticæ , arcanæque theosophiæ , deciso è cælis juba- re , radiisbat . Emicabat in illo aureo splendore scientia Sanctorum , pulchro cincta meteoro in virtutum corona . Virtutis fulgorem maritavit scientiæ luci , lucidus & fulgidus , doctrinâ & exemplo . Est equidem scientia , pulcherrimo virtutum comitatu vidiuata , radiosum lumen , sed Phœbi occidentis , non gloriæ diem , sed noctis mæstæ tenebras portendens . Diluculare ergo maluit PATRI-
TIUS sapientiæ diluculo virtutum aurorâ serenato , quam gloriæ consummatæ meridies sequeretur . Sub Divi Martini anspicijs vi- tam Asceta vivens cælestem , in cellâ reperit virtutum & literarum palæstram , lyceum & odæum , pulpitud & aram , peripatum & claustrum , Athenæum & sacrarium , asceterium , & phrontiste-
rium , templum & Academiam , in ista laurum , in illo palmam de-
messuit . brevissimo elogio aggolmerata in PATRITIO virtutem
celebrem , si non in conciunè , quod de magno Athanasio florida
(t) Nazianzeni signavit pena , Ego de PATRITIO enuntiem : (t) de laud.
PATRITIUM laudans , virtutem laudabo ; idem enim est illum dicere , quod Athan.
virtutem laudibus efferre : quoniam virtutes omnes in unum collectas
tenebat . Ausim dicere , si cælum , divinarum literarum suffragio
crystallinâ sphærâ convexum , crystallinis etiam agitaretur intel-
ligentijs , næ ego illustrem firmamentum intelligentiæ in fulgidissimo
suspicerem PATRITIO , virtutum suffragio virtutibus , scientiæ
prærogativâ Cherubicis spiritibus accensandam . Sed nondum , non-
dum ad fulgoris augea enīsus es illustrissima gloriæ crystallus ,
divine PATRITI , nondum te radianti coronæ suæ inscri desiderant
genij cælestes . Lucis hydrope æstuantes , quod majore te vident
meritorum incingi claritudine , eo uberiora indies in te gemmare si-
tiunt virtutum incrementa . Nondum in culmine stas virtuosæ
celstitudinis , nondum Herculei laboris decurristi Zodiacum . Ad-
huc tibi oceanus & maria sunt vestiganda , adhuc longæ itinerum
parasangæ emeriendæ , adhuc debellanda impietatis castra , fugan-
dæ Medusæ , profligandæ inferorum larvæ . Adhuc incultum gen-
tilis Hiberniæ solum salutiferâ semente conferendum . Ad Alci-
dis stas columnas columen , & lumen Ecclesiæ : plus ultrâ . Et verò

jam extuat Personata mea crystallus immensarum salutem gentium
anhelans: jam Altissimus temporum, tempestatisque legis lator, qui
mittit crystallum suum sicut buccellas, ad agnatam crystallo Hiberniam,
ad fidem Aquiloni plagam Apostolum designat PATRITIUM. A-
varo neandum maturus cælo maturescit Cælestino. Perstrinxit crystal-
linus PATRITI fulgor fama divulgante Universi oculum Romam,
& oculi pupillam, Romanæ Ecclesiæ Caput Papam Cælesti-
num. Quid agit ter coronatus vertex? noxiā ratus,
jubar cælis dignum includi cellis, è solitudine ad Pon-
tificium accersit solium Apostolici Candidatum Collegij, qui ad
oras boreali plaustro circumcisus triumphum Evangelij devehheret.
Jam tunc Divinus Spiritus, ceu quidam Sacratior Orpheus, citha-
ram, clypeis Hibernia gentilitiam, feriebat, & si non Saxa The-
bæa, Petram certè alliciebat Ecclesiæ in salutem septentrionalium
gentium pævigilem. Enim verò quid non animadverto? Eruuit scit, ut
video, ad commendatam munera Apostolici dignitatem Patrius, &
Parthicum in fuga meditatur triumphum. Est nisi fallar, crystallino
fulgori infensissimus hostis, glomeratus in nubem vapor, fumus
est lucis funus, nebula splendoris est sandapila. Hoc est ad quod
ver ecundus rubet Apostolus, ingeniti fulgoris jaæturam præsagiens,
nubium timet eluvione obrui. Fumos honoris defert Antistes
Vaticanus, Cælestinus nubes. Abituro ad Hibernia insulam inflam
præsentat. Hinc illæ lacrymæ! verùm noli percelli solijs digne cæ-
lestibus Apostole. Honos, quo te sacræ munificentia Curiæ in
augurare parat merentem, non est levis inflatae nubis fumus, Apo-
stolicarum curarum onere gravidatur. Ornata & onerata, attolit
dignitate, pondere deprimit. Non adimet, sed alet lucem unctio
Episcopalís. Frustrà laureatum verticem negas triaræ. Ut cry-
stallus lucis rivo inebrietur, sufficit in solis conspectu eam hospi-
tari. Tu è clauistro protractus in lucis arenam, frustrà declinas
splendoris auctarium, honorum splendorem. Ergo actum est,
radia jam inter majora Ecclesiæ sidera Infulate PATRITI, & adep-
tæ cum novi honoris fastigo nova luce, in splendoris cataclysmum
Hibernia exubera. Vaticinium implex Christi, Apostolorum elo-
gium: *vos estis lux mundi.* Sed à luce ad crystallum remeo AA.
crystallus industriæ virtutis natura, radiosæ lucis filium, quod à so-

le fæneratur, in momento laudabili cum usura centuplicat, & il-
lustri luxu circumquaque dispergit. Novum hoc emblema PA-
TRITIJ: jubar ab alto in se transfusum, immenso lucis profluvio
augmentavit. Mox primo ad oras Hiberniae allapsu, superstitionum
nocte obvolutas, DEOS immortales! quantos non radiorum imbræ
diffudit! quantas faces non vibravit! quantum jubar non sparsit!
Nulla erat latebra, quam non perstringeret, nulla nox, quam non
serenaret, nullum antrum, quod non illustraret, nullus lucus, quem
non lucidaret. Obscura elatebravit, profunda evolvit, occlusa
reseravit, abdita pandit, cæca illuminavit. Seipso fulgidior, Ægyptia-
cis Hiberniae umbris, lucis Vesuvium, solem intulit. Moliebatur
quidem initio infensa luci umbra, stygiarum confusus ordo tenebra-
rum, per superstitiones populorum animas grassans, hunc serenissi-
mum PATRITIJ meridiem fatali carbone inatrare. Diem ag-
gressus est nocte, Charites furijs, fulgoreni fuliginegine, nitorem ardore-
re, candorem atrore. Morticinum diei, umbram in labarum tri-
ste divaricans ad subruenda lucis castra cæco Marte ferebatur. Egit
minis (*u*) calumanijs, astu, præstigijs, insidijs, monstris, ut sudam (*u*) *in vita*
in celesti Patrio frontem obnuberet, ut crystallum pessum daret, dif-
fringeret, comminueret. Sed exsibilavit umbrarum dolos Phæbi
gemellus, noctis horrorem terruit, Æthiopem turbam exturbavit.
Crystalli strenuam æmulatus est indolem. Illa percussa,
ignitis infrendet (*x*) scintillis, ille ardentia eructabat fulgetra in
tænari phalanges. Multa dixit, egit plurima: quod dixit, erat
fulgor, quod egit, fulgor; illo percellebat, isto perstringebat. Apolline
radijs in jacula efferatis Pythoni vitam elisisse, commentum est, pro
tasis est. PATRITIUM purpurea serenitate confusas tenebrarum
acies triumphasse, facinus est, apodus est. Lucis ille arma induitus,
noctem ubi primum vidit, fudit, ubi sensit, prostravit; ex caligin-
osis Hiberniae hallucinantis mentibus, atrum cæcæ superstitionis
imperium evulsit. Lucas incendit, fana demolitus est, aras subruit,
Popas exsecravit, tripodes elinguavit, holocausta restinxit, Haru-
spices infatuavit, sola agni Echaristicæ liturgiæ super aras inducitæ.
Si cithara JESU literarum cambio est Eucharistia, felix gentilitia
Hiberniae cithara ad hanc citharam concordata! O PATRITI! age,
ut

(*x*) Picinel.
lib. 12. fol.
690.

ut tuis quondam imbuta modulis cithara nostro etiam ævo concordet, & divulgatae per Orthodoxum orbem veritati cor der! Cesset dissensus persecutionum stridor Exulibus threnos eliciens civibus, & laudata antiquæ fidei in insulis Borealibus iasonet harmonia. Sed supersedeo nænijs, dum gaudij uberior messis assurgit. Jam PATRITIUS, veluti serenior titan immensas in Horizonte Hibernico stellas accendit, plurimos giguit cælo è filijs tenebrarum lucis filios. Divino Euthaeatus flamme percurrit Ulidiam, transit Dalaradiam, lustrat Midiam, pervadit Lageniam, permeat Mummoniam, penetrat Euboniam, trajicit Manniam, lustrat Calregiam, & in stygem pulsâ gentilismi Umbriâ, ubique viætricis fidei faces disseminat triumphales. Quin in modò fulgoris diluvio exuberans, quot quot propè primo fidei illustart illustrat diluculo, hos ad meridiem adulteræ extollit sanctitatis. Vivente sanè PATRITIO rarius æstivis nivibus erat in Hibernia ostentum, si quis plebejam solummodo professus virtutem, perfectionis nobilitate PATRITO gemellus non evaderet PATRITIUS. Nasci fideifuit nasci sanctitati. Hoc erat divortium Phæbi & PATRITIJ alibi concordantis, quod ille cælum ingressus laxatis luminum cataraetis minora astra contumulet, iste crescente indies splendore minorennes siderum ignes non modò non disstelleret, sed proliceret. Ea deinde sidera lucis à crystallo hanstæ obruta torrente, per varias Orbis Provincias in fidei salviticæ auroram felicissimè dilucularunt. S. Connanus in Scotia, Auxilius in Cambria, Hispadius in Gallia, Trianus in Italia, Mogenocus in Britannia, Odranus in H. bridibus Connedus in finibus Turturinorum ceterique Regionum Apostoli qui Sanctitatis nomine ac famâ præfulgidi, Divo PATRITIO propè coævi, Divinissimis ipsius radijs serenissimè sunt collustrati. cæcilio hic ad tam immeasum lucis pelagus è PATRITIO erumpentis, vigore orbantur pupillæ, visuales radij obtunduntur. Jamque in tenebras diffuerent palpebrae, nisi fulgorem umbra attenuaret, gloriam elevaret humilitas. Portentum AA. ! in tanta exsuperantis splendoris opulentia, Patritius ipse sibi egenus, profundissimæ humilitatis latebrâ sece occulebat. Lucifer cum esset errantium gentium, fatuo tamen Principis Angeli igne non illudebatur. Superbi serpentis osor demissionis studio assidue serpebat humili, in fastigio

flans sanctimonias scipsum sine fastu despiciebat. Edidit ille Divini raboris brachio magnas prodigiorum virtutes, spectacula supra plebejos natura fasces exorrecta; plus egit propemodum, quā de jove suo Capitolino Veterum somnia commenta sunt. Verū problema esto: ubinam PATRITIUS prodigiosior? an dum vitam Thaumaturgus exanimi donavit sceleto? an verò cùm se immortali præfulgidum virtute inter morticina tumulavit (*t*) magnis peccatoribus accensuit? Hæc nimirum est gemmae ingenito pretio prægravatae, hæc crystalli nativis onustæ meritis ponderosa laus, evanidis nunquam inturgescit auris fastuosa, gravitatis potius innatae magnetismo ima versus continuè propendet. Enim verò qui gemmeo modestiæ pondere imis adeò sese apprimebat PATRITIUS, jam tandem uberrimis locuples thesauris felicibus terris ab ut vidente cælo eripitur. Illustres Heroum umbras, magnanimas Magnatum animas, ad viam Eridani lacteam, ad stillantem stellarum crystallum, post fata abrie vetusta (*aa*) somnuiabat pie-
tas, Heroicæ fulgoreni vitæ fulgore posthumo remunerata. PA-
TRITIUS fabulæ historiam attexuit, umbræ lucem. Crassulus (*aa*) Cicero
ipse pellucida ad beatum crystallini firmamenti Augustale serenif-
simus transvolavit, Tripudia Hibernia, plaudere Britannia! lux
coruscantis in Olympo PATRITIUS hilare saluti tua indigitat Phæ-
nomenon. Vedit quondam exstaticus ad amorem Chobar Ezechiel,
Divinæ currum gloriae, mysticis animantibus prodigiosum, & re-
pandam crystallini cæli sphæram super animantes extendi specula-
batur. Extenditur etiam O! Hibernia Olympus tibi in trium-
phantē PATRITIO crystallinus, sub quo divinæ gloriae essendum
fortunatè provolat, brevi, ut sperare fas est, Orthodoxæ fidei tri-
umphum ad oras tuas cum Astræa revereturum, Respirabis tunc
O! felix (*bb*) Sanctorum Jusula intestino concita tripudio, ubi A.. (*bb*) Ican.
postolicarum legum vigor gremio tuo infusus repullularit. Respi. Golgan. in
eo & ego enervis Encomiastes, & postquam de crystalli ful- actis ff.
gore obscurō differui panegyrico, Oratoris munio
frigidè defunctus in umbra silentij expiro,
Pro rostris vixi,

D I X I.

